

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Programma, Quo Decanus, & reliqui Doctores, & Professores Facultatis Theolog.  
in Academia Rostoch. ad Lugubrem funeris deductionem Viri ... Dni. Henrici  
Müller, Theologiae D. & Prof. ... quam Relicta Vidua moestissima fieri expetit,  
Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitant**

Rostochii: Kilius, [1675]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770659780>

Druck    Freier  Zugang



Facult. theolog.,

in

H. Müller.

Rostock, 1675. / 8

20







PROGRAMMA,  
Quo  
Decanus, & reliqui Do-  
ctores, & Professores Facultatis  
Theolog.in Academia Rostoch.

ad  
Lugubrem funeris deductionem,

VIRI plurimum Reverendi, Amplissimi, & Doctissimi

DNI.  
HENRICI  
MÜLLERI,

Theologiæ D. & Prof. Celeberrimi, Facul-  
tatis Theol. Senioris gravissimi, Pastoris templi Ma-  
joritatis delissimi, ac Ecclesiarum Rostochiensium Su-  
perintendentis meritissimi.




quam  
Relicta Vidua moestissima,  
fieri experti,

Omnes omnium ordinum Cives Acade-  
micos, eā, quā par est diligentia, invitant,



ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILLI, Universitat. Typogr.



Ix anni dimidium præterit, ex quo Arademia, nostræ Universitati, vicinissima, dura admodum fata est experta, & intra breve temporis interval lum cunctis Facultatis Theologicæ Professoribus, Viris de Ecclesia Christi optimè meritis, tristissimè est orbatæ. Quantum autem damnum bono publico, & Ecclesiæ inde illatum sit, quantaquæ ruina è tam subita, & prorsus inopinata mutatione sit exorta, non est, ut prolixè repetamus, res ipsa abunde nunc loquitur, neque nostri instituti ratio, ut id fiat, præsenti tempore concedit. Quoties autem horum Virorum memoriam piè recolimus, toties mirari cogimur admirandam divinæ providentiaz seriem, ejusque humanis animis inexplicabilem rationem. Quid enim causæ esse dicemus? aut quam saltē comminisci poterimus rationem, quod supremus omnium rerum Director, & Gubenerator Viros iunius Facultatis omnes, quorum sancta studia,

studia, salutares labores, Consilia Ecclesiastica, & multa alia bono publico utilissima hodie maximè desiderantur, ex hujus vita ergastulo morte immatura drepente evocaverit, & iustulerit. Scimus quidem, nihil à Deo supremo omnium rerum Rectore proficiisci posse, quod non summa ratione geratur; Nos tamen eam non assequimur, & per errorem, specie arrepta, rem ipsam, ejusque causam tenere, nos nonnunquam arbitramur. Vera soli Deo, & hac, & alia opinio gubernanti, & dispensanti est cognita. Quæ verò ex illorum acerbis funeribus nostrum ominari, & denunciarē mala incepimus, ea nunc instar fluvii irrepserunt, & omnia ita inundarunt, ut vix reperiatur inter mortales, qui hiscō malis remedium inveniat. Loca, quæ antea nobilia & bene culta erant, nunc vel inculta, deserta, diruta, & dilacerata jacent: vel gravissimis oneribus pressa paulatim ita exhauriuntur, ut multi, relictis domiciliis, in tristissimum exilium cum uxoribus, & liberis ejificantur. Nihil enim aliud in tanta rerum perturbatione quotidie videmus, audimus, & experimur, quam summè deplorandas miserias. At verò securitas nostra supina, cui toti immersi sumus, non permittit, ut inter tot adversitatū procellas de remedio verè simus solicii. Quid enim in hac extrema mundi senecta ægrius auditur, quam sermo de excedentia, & ira cœlesti, adversus peccata: de officio veri Christiani: de que spirituali adversus peccata cer-

tamine. Quam securitatem, tempore ab omni misericordia, & charitate destituto, nihil certius sequi potuit, quam peccatorum nostrorum justa supplicia. Peccata sunt, quæ gratiosam Dei faciem abscondunt, & ex divini favoris gratia nos præcipitant: Hæc fecerit nos faciunt apud extraneos. Hæc omnibus mali, quod in Civitate, & extra eam est, sunt fons, & origo. Quomodo enim justissimo, & sanctissimo Deo, ad cuius nutum, & voluntatem unusquisque actiones, & instituta sua debebat componere, potest placere, quod in orbe Christiano nostris temporibus vitia in mores abeant, & pro seculi presentis conditione, & pro ratione stat?, cui, ex prava hominum sententia, non possit non præstari obsequium, contra omnem honestatem, & virtutem turpissime excusantur? Annon Servatoris nostri vox est, & voluntas, ut, qui per lavacrum regenerationis ipsi sunt inserti, ejus salutarem militiam intrepido animo sequantur, & sub signis ejus certare, vincere, & metere semper in animo habeant, seq; comparent ad sui ipsius abnegationem, ad crucis, & calamitatum tolerantiam, & ad vestigia ejus tanquam supremi ducis, & autoris vitae alacriter premenda. Veri Christiani est, illis summopere delectari, quæ Deo probantur, & pondus aliquod apud ipsum habent; Deo autem ea tantum sunt magna, & præclara, quæ solida sunt, & æterna, minimeque eaduca, & momentanea. Utinam igitur unusquisque in orbe Christiano ex legis divinae

præ-

præscripto, & nutu semetipsum disceret contemnere,  
& omnibus cupiditatibus terrenis , ac futilebus abje-  
ctis , totam mentem , & omne studium dirigeret in  
Deum , & gloriosam nominis ejus celebrationem, tan-  
quam ultimam omnium rerum metam , & in hujus vi-  
tæ curriculo omnem vitam suam ad Ducas sui imagi-  
nem effingeret , ac piis manibus ad cœlum elevatis, li-  
centiâ carnis abjectâ, verâ , & Christianâ gauderet li-  
bertate , eamque quæreret, & amplecteretur victori-  
am, quâ nulla inter mortales datur major , & illustrior ;  
Sic Ratio status contra Regulas Servatoris non ita in  
Ecclesia dominaretur , neque de fortunis , & opibus  
hujus vitæ , deque famâ, existimatione, ac inani gloria  
aliisque vanitatibus acquirendis adeò solicii essent  
mortales in hoc infimo totius universi puncto ; Sed ad  
adversa potius , & acerba subeunda parati omnia cor-  
poris , & fortunæ bona , pro nihilo reputarent , At  
quorum nostris justissimis querelis, & piis monitis ho-  
die maximè necessariis abripimus ! Perpendamus  
nunc potius debitâ animorum nostrorum devotione,  
quod officiostri ratio præsenti tempore nobis præ-  
cipuo dictat . Ecce ! Hodie non sine tristissimis  
querelis, & animarum piarum lacrymis Viri plurimum  
Reverendi DNI HENRICI MÜLLERI S.S. Theol.  
Doctoris, & Professoris celeberrimi, Pastoris ad D. Ma-  
riae , & Ecclesiarum Rostochiensium Superintenden-  
tis vigilantissimi, Collegæ , & Amici nostri desidera-

cessim exanime corpus effertur, & sepulturæ traditur,  
estate ad res gerendas, & publicum bonum hisce affili-  
ans temporibus promovendum, aptissimè. Quo  
tristissimo funere ereptus nobis est, qui splendorem  
nostræ Almæ suis laboribus maximè utilibus, variisque  
scriptis publicè editis conciliabat haud exiguum: Ere-  
ptus est, qui saluberrimis consiliis Facultatem nostram  
exornabat, & Ecclesiæ Christianæ opitulabatur dex-  
terim: Ereptus est, è cujus ore clarissimæ eruditio-  
nis noster in disputationibus, & lectionibus publicis  
ac privatis in Studiosæ juventutis influebat animos:  
Ereptus est, cujus divina in dicendo savitas, & afflictas  
mentes erigendi facultas, fuit egregia, & illustris: Ere-  
ptus est, qui ministrorum DEI choro, & ordini suis  
consiliis præferat prudentissimè: Ereptus est, pia-  
rum viduarum, & orphanorum Patronus', & effi-  
cax in adversis solamen: Ereptus est tristissimæ Viduæ,  
Matronæ castissimæ Maritus, Tutor, & Defensor opti-  
mus: Filiis parens prudentissimus, & charissimus.  
O miseriarum concursum! Quis enim mortem ina-  
pinatam hujus Viri non lugeat? Luget Universitas  
nostra, mceret Urbis Senatus, tristatur Ministro-  
rum verbi ordo, & confessus: Civitas in moerore ja-  
cer. Evidem ereptus est ex miseriarum, & lacru-  
marum valle, & in perennis gaudii loca, in æternas ha-  
bitationes migravit, & ex iniquorum cœtu ad cœlestia  
comitia, ex militia ad gloriosum triumphum est eve-  
ctus.

Etus. Quæ omnia tantum abest, ut luctu nostro acer-  
bo ipsi invideamus, ut etiam piè gratulemur beatissimæ  
eius felicitati, quin & ardentissimis votis congemiscam-  
mus dissolvi, & cum ipso, & Christo Servatore nostro  
dulcissimo esse in beatorum sede. Cujus quoque in-  
effabili bonitati, quæ nos premunt, æruinas, & affli-  
ctiones seriò commendamus submississimè precan-  
tes, ut, quæ inflxit hujus Viri obitu vulnera, benignis-  
simâ pariter, & omnipotenti manu sua curare velit gra-  
tiosissimè. Cœterum, ne quid contra recepram ha-  
bitenus consuetudinem intermittamus, quem viræ be-  
atus noster ortum habuerit, quomodo eam acceptam  
egerit, & denique finiverit, paucis recensebimus. Cum  
ante annos ferme quinquaginta dulcissima nostra  
Germania, non externo niagis, quam interno, vel inter-  
stino bello arderet, beati nostri parentes crucis Martis  
violentia compulsi Lübecam, hac urbe relicta, demis-  
grarunt, quod nobilissimum emporeum inter turbu-  
lentissimas bellis procellas nostro beato, circa annum  
restauratæ Salutis millesimum, sexcentesimum trige-  
simum primum, die duodevigesimo mensis Octobris  
vitæ dedit exordium. Patrem agnivit Virum Pruden-  
tem, & Honestum PETRUM MULLER, Mercato-  
rem, & Civem hujus Urbis primarium, atque Curato-  
rem Ædis Marianæ fidelissimum, qui præterea in ordi-  
nem Sedecim Virorum erat cooperator, quo loco can-  
dorem suū, & fidem quam maximè probavit. Matrem

Lectissimam

Lectissimam, & Piam Matronam **E L I S A B E T H**  
**S T U V B E N.** Avo Parerno gaudebat **H I N R I C O**  
**M U L L E R N**/ Negotiator in Holstia primario. Avia  
Materna **A M M A S P L E Y E N**/ Matrona pietate or-  
nata: Avus Maternus ei fuit **M A T T H E U S S T U V-**  
**B E** Civis hujus Urbis primarius, & Mercator haud  
obscurus. Avia Materna **E L I S A B E T H**  
**S C H M I D O S**/ Matrona pia, & honesta. Ex hac  
prosapia, & quod præcipuum est, Christianis Parenti-  
bus noster in hanc lucem editus, mox Ecclesiæ albo, &  
mystico Christi corpori, quod est Ecclesia Christiana,  
per sacrum Baptismatis lavacrum est insertus. Po-  
stea sub cura, & pia educatione sollicitorum Parentum  
intimore Dei, & veræ pietatis cultu est educatus. Si-  
mulac verò connata mentis acies eminere, & insita a-  
nimi vis foras sese exerere cœpit, in Scholam Senato-  
riam hujus Urbis erudiendus est traditus Viro Claris-  
simo Do mino M. JEREMIAE NIGRINO, Rectori fidelissimo,  
cujus ductu prima fundamenta in lingua Latina &  
Græca posuit. Cum autem sciret, ad Sacrarium The-  
ologizæ, cuius studium præcipue amplectebatur, ne-  
minem peruenire posse, nisi per vestibulum admissus,  
adolescentior factus, & ingenuis studiis aptior, ulteri-  
us Præceptoribus usus est quam optimis, & à M. Johan-  
ne Fabricio in linguis præcipuo Orientalib is, & à Do-  
mino D. Joachim o Lütkemannno & uno. M. Michae-  
le Falkio Philosophis eo tempore in hac Academia,

lau-

laudatissimis, ea diligentia est informatus, ut felices in  
studiis Lingvarum, & Philosophiae fecerit progressus.  
Quamobrem hortatu, & consilio Plurimum Re-  
verendi Domini Johannis Quistorpii S.S. Theol. Do-  
ctoris, & Prof. celeberrimi, nec non Superintendentis  
gravissimi, Viri de Ecclesia Christi præclarè meriti, an-  
no ætatis suæ decimo sexto in Gryphiswaldensem  
abiuīt Academiam, ubi per integrum triennium ho-  
spitio usus est Viri plurimum Reverendi Domini Be-  
ringii Doct. & Profess. Theol. celeberrimi, atque  
quatuor Disputationes proprio Marte elaboratas in-  
terea temporis sub celeberrimorum ibidem Theo-  
logorum Præsidio publicè cum laude defendit, neque  
ullum doctrinæ & Virtutis pium studium in se desi-  
derari passus est. Anno millesimo sexcentesimo,  
quinquagesimo Parentes sum in hanc Academiam  
curarunt revocandum, ubi non minori diligentia stu-  
diis suis operam dedit, & collegia Dn. Doct. Mauritii,  
Professoris Theol. celeberrimi: Nec non plurimum  
Reverendi Dni. D. Augusti Varenii Profes. Theol. &  
Consistorii Provincialis Assessoris gravissimi, Colle-  
gæ nostri, & in Christo Fratris conjunctissimi, ea  
quæ par est, diligentia frequentavit, sub cuius Præsidio  
bis quoque publicè respondit. Anno M. DC. L. Mag.  
Philosophiae cum applausu est renunciatus. Virtutis  
præmio accepto in Borussiam iter suscepit, & Dantisci  
primò appulit. Postea Academiam petiit Regiomon-

)(

tanam

tanam, à Parentibus autem revocatus, ut alias quoq; Academias salutaret, inde discessit, & Lubecā, Luneburgā & Brunswigā in Academiam Helmstadiensem iefe contulit, inde ipsam, ubi Dni D. Benedicti Carpzovii mensa & hospitio usus est. Lipsiā Wittebergam digressus mensa usus est Dni D. Calovii Thologi celeberrimi, inde Lipsiam iterum rediit, & ibidem sub Præsidio Dni D. Carpzovii Disputationem Theologicam, quam ipse elaboraverat, cum laude publicè defendit. Postea Jenam concessit. Nullibi autem substituit, ubi Celeberrimorum Theologorum consuetudinem non peteret, eorumque favorem sibi non conciliaret. Sciebat enim, in Academias Studiosos mitti à Parentibus eo fine, ut in illis à Viris in Theoria, & Praxi probè versatis diligenter discant, quæ honorem, & cultum DEO debitum promovere, salutem Ecclesiasticam & Civilem juvare, & ipsis ornamento, & emolumento esse possunt. Jenā rediit Rostochium, ubi cùm disputando, tum privatim docendo in Collegiis Philosophicis Juventutem Academicam fideliter erudiit, & publici Juris fecit tractatum de Methodo Politica. Philosophica autem ita tractavit, ut ante omnia exercitationes Theologicas, & studia Controversiarum Theologicarum sibi quām maximè haberet commendata. Unde Deo ita dirigente, Anno M DCLIII legitimè est vocatus ad Archidiaconatum D. Mariæ hujus Urbis circa Festum Michaelis, & confirmatione à Serenissimis Princi-

Principibus facta, publicè est ordinat⁹, & introductus.  
Anno M DC LIV. consilio Parentum, & proq[ue] in quorū,  
præmissis precibus, cum Nobilissima & Lectissima Vir-  
gine MARGARETHA ELISABETHA SIBYLLA  
D[omi]n[ica] Civis primarii hujus Urbis, & Templi Mariani  
Provisoris fidelissimi unicā Filia, nunc ob defunctum.  
Vidua tristissima, publica sponsalia iniit, & Nuptiis rite  
casteq[ue] die 24. Jan. ejusdem anni celebratis in conjugio  
cum illa vixit sine querela, & iurgo annos viginti duos  
neq[ue] sine amoris conjugalis præmio, cum hi conjuges  
divina benedictione thalamū impleverint sex liberis,  
quorum Petrus admodum tener, Christianus Bernhar-  
dus, & unica filia Catharina Elisabetha in Domino  
obdormiverunt, Tres autem filii adhuc D E I gra-  
tiā superstites, ut Johannes Michael Jur. Utriusque  
Stud. Henricus, & Caspar Mathæus filii bona in-  
dole, & apti ad percipiendas literas, ingenio spem fu-  
turæ frugis non exiguum ostendentes Patrem demor-  
tuum luctuoso morore prosequuntur. Hos Pater Or-  
phanorum suā gratiā, & paternā curā gratosē guber-  
net, ut Parentis exemplum vivendi, & morienti perpe-  
tuò in conspectu habeant, & felices in studiis, & veræ  
pletatis exercitio progressus faciant. Anno MDCLX  
in Academia Julia non sine applausu creatus est Theolo-  
giæ Doctor, cum antea eodem anno ab Amplissimo  
hujus Urbis Senatu vocatus esset ad Professionem.  
Græcæ Linguae, quam aliquot annos non sine singulari  
fructu juventutis Academicæ publicè administravit.

1000 2000 A. 1000 2000 3000 4000 5000 6000 7000 8000 9000 10000  
11000 12000 13000 14000 15000 16000 17000 18000 19000 20000  
Cœte-  
17000 18000 19000 20000 21000 22000 23000 24000 25000 26000

Caterum Casparo Mauritio SS. Theol. D. Prof. Pastore & Su-  
periori, gravissimo Hamburgum Anno M DC LXII. circa.  
Festum Michaelis vocato, Amplissimus Senatus nostrum piè  
defunctum ad Professionem Theologicam, & postea ad functio-  
nem Pastoratus Ecclesiae Marianæ legitimè vocavit. Anno  
M DC LXXI demortuo plurimum Reverendo M. Johanne  
Kenzler/Pastore ad D. Petri, & Superint. hujus Urbis meritissi-  
mo, in istius locum vocatus, & electus est Superintendens, Am-  
pliss. Senatus, & Rev: Ministerii votis, & à Serenissimis hujus  
Provincie Ducibus confirmatus, à plurimum Rev: Dno Jaco-  
bo Sommerfeld / Superattende Parchim, meritissimo,  
Principum ac Dnn. nostrorum Clementissimorum authoritate,  
solemniter est introductus. Academæ Sceptra tertenuit, ini-  
tiò Anno M DC LXIII. loco Viri Ampliss. Dni. D. Lemkenii,  
deinde Anno M DC LXV. ordine ipsum tangente. Denique  
moriente sub ipsa Rectorali dignitate plurimum Rever. Dno.  
Johanne Quistorpio Theol. D. & Prof. celeberrimo, ac fidelissi-  
mo, Amico & Collega nostro, dum viveret, amantissimo,  
Rectoralis authoritas in ipsum est translata. Libris quos  
publici juris fecit, bene multos edidit, cum in Germanico  
rum in Latino idiomate, non absquo magno Ecclesiæ fru-  
ctu. Quod reliquum est tot dignitates, quas ipse sustinuit,  
condecorayit vita religiosa, & Theologo digna, de qua testimo-  
nia multa hoc loco adscribere, necesse non est, cum nemo repe-  
riatur nobis hac in re contradictrius. Morbus qui eum invaserat  
Domin. I. Trin. præsentis anni, & cuius qualitas descripta in-  
venietur in Programmate Magnis. Dn. Rect. die 17. Sept. vita  
finem ei, qui longè diuturniore vita dignus erat, placidum &  
beatum attulit. Nunc super est Cives Academicæ, ut Vos Ve-  
strum agatis officium, & piè defuncto ultimum Christiani ho-  
noris officium, & animi grati signum exhibeatis, quod in  
exequiis præsentia Vestra exornandis consistit. Conveniamus  
igitur frequentes in Æde Mariana hora 1, & eadem opera salu-  
tem, & incolumitatem torius Academæ, Urbis & pro-  
vinciæ Deo supplices commendemus.

P.P. sub Sig. Fac. Theol. die 5. Oct. Anno 1675.










Principibus facta, publicē est ordin  
Anno MDC LIV. consilio Parentum  
præmissis precibus, cum Nobilissim  
gine MARGARETHA ELISABE  
DÆM/Civis primarii hujus Urbis,  
Provisoris fidelissimi unicā Filia, nu  
Vidua tristissima, publica sponsalia i  
caste q; die 24. Jan. ejusdem anni cel  
cum illa vixit sine querela, & jurgio  
neq; sine amoris conjugalis præmis  
divina benedictione thalamū impli  
quorum Petrus admodum tener, Cl  
dus, & unica filia Catharina Eli  
obdormiverunt, Tres autem fili  
tiā superstites, ut Johannes Mich  
Stud. Henricus, & Caspar Math  
dole, & apti ad percipiendas literas  
turæ frugis non exiguum ostenden  
tuum luctuoso morore prosequun  
phanorum suā gratiā, & paternā cu  
net, ut Parentis exemplu vivendi, e  
tuò in conspectu habeant, & felice  
pletatis exercitio progressus facian  
in Academia Julia non sine applausi  
logiæ Doctor, cum antea eodem an  
hujus Urbis Senatu vocatus esset  
Græcæ Linguae, quam aliquot anno  
fructu juventutis Academicæ pub



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 092

oductus  
nchorū,  
Ima Vir  
BÆM.  
i Mariani  
nctum.  
ptiis rite  
conjugio  
nti duos  
conjuges  
x liberis,  
Bernhar  
Domino  
El gra  
triusque  
ona in  
spem fu  
demors  
Pater Or  
e guber  
ti perpe  
, & veræ  
IDCLX  
st Theo  
plissimo  
bonem  
singulari  
instraxit.  
Cæte-